

& patrem & filium & spm scm dicas: & aut patris
aut filii aut scilicet sps minuas potestate. vacuum est
omne mysterium. Denique & illi ipsi qui dixerunt
nec si sps scs sit audivimus: baptizati sunt postea in no
mine dni nri ihu xpi. Et hoc abundavit ad gratiam
quo spm scm paulo praedicante cognoverant. Nec
contrarium debet videri: quia quamvis & iam postea
actum sit de spu. ^{f. nunc} tamen creditum est: & quod verbo
^{f. ante} tactum fuerat expressum est fide. Cum enim dicitur
in nomine dni nri ihu xpi. per unitatem ~~p~~ dominis im
placum mysterium est: Nec xpi baptizate sps sepa
ratur: quia iohannes in poenitentia baptizavit.
Xpc in spu. Nunc consideremus. utrum quem ad
modum in xpi nomine plenum esse legimus baptisma
tis sacramentum. ita & iam scilicet tantum spu nuncupa
to. nihil desit ad mysterii plenitudinem: Et si rati
onem sequamur: qui unum dixerit trinitatem signa
vit: ^{f. designasti.} Si xpm. & dm patrem a quo unctus est filius. &
ipsum qui unctus est filium. & spm quo unctus est desi
gnasti: Scriptum est enim: hunc ihm nazareth.
quem unxit ds spu sco: Et si patrem dicas: & filium